militari ad muniminta ad Executorem, vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem praeterea ultra proximos Officii praefati Castrensis Capitanealis Praemisliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa, omnia poenis simplicibus vel duplicatis Evasionibus, suspensionibus, fatalis Juris, praescriptione Terrarum, bello, Conventioneque ac aliis omnibus Juris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Jeziernickich Coniugum mutua Advitalitas. 1328

Comparentes personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus Generosi Joannes Carolus Jeziernicki ab una et Zophia de Rudoltowice Witkowska Coniuges legitimi parte ab altera Sanimentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemisliensi Jurisdictioni quo ad actum medernum attinet secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi et quidem Consors cum eiusdem Mariti sui Viri Thori Coniugalis personali assistentia et ultroneo ad infrascripta recognoscenda consensu sibi mutuo et mutuum una pars alteri omnium generaliter bonorum

mobilium

mobilium et immobilium, hæreditariorum et obligationum summarumq[ue] quarumuis pecuniariarum, nec non auri, argenti, Clenodiorum, Vnionum, Margaretharum, Vestium, Vestimentorum, tam stanni æris, cupri, orichalci, pecorum, pecudum, equorum, equicea ac totius suppellectilis domesticæ in quacunq[ue] forma et materia existentium nunc habitis et in posthabendis, mutuam Advitalitatem et Vsum fructum, ad extremæ Vitæ Vtriusq[ue] eorum tempora, tantummodo et non Vltra inscripserunt, concesserunt et assignaverunt, prout inscribunt, concedunt, et assignant præsentibus, tali Videlicet modo et Conditione. Quodsi prius præfatum Generosum Joannem Carolum Jezierniczki Maritum quam ipsam Generosam Zophiam Wolbowska Consortem eius mori, et de hac luce decedere contigerit, extunc eadem Generosa Wolbowska Consors sua bona suprascripta omnia, et summas pecuniarias morte prædicti Mariti sui devolutas cum omni eorundem Jure Dominio, et proprietate Competentiaq[ue] et prærogativa quauis omnibusq[ue] et singulis eorundem Vtilitatibus et Vsu fructibus tenebit, habebit, et possidebit, illisq[ue] quiete et pacifice Vtifruetur ad extrema duntaxat Vitæ suæ tempora. Post fata Vero præfatæ Generosæ Consortis, extunc prædicta bona et res generaliter omnes Inscriptioni præsenti subiectæ morte prædicti Mariti sui devolutæ, ad Successores prænominati mariti sui, sine quouis impedimento et contradictione successorum prædictæ Consortis suæ totaliter et plenarie devoluentur. Similiter quoq[ue] si prius præfatam Generosam Zophiam Consortem suam quam ipsum Generosum Joannem Carolum Jezierniczki Maritum suum mori contigerit, extunc idem maritus bona suprascripta generaliter omnia morte

Consorti suæ derelinquere cum omni iure Dominio et proprietate, tenebat habebat et possidebat, illisq́ quiete et pacifice ad extremæ duntaxat Vitæ suæ tempora Uti fruetur. Post mortem vero et de hac luce decessum eiusdem mariti sui extunc bona supra inserta morte eiusdem Consortis derelinquens ad successores suos sine quovis impedimento et contradictione successorum mariti sui totaliter et plenarie devolvuntur. Hac sua præsentibus personalibus recognitionibus ad præmissa omnia et singula mediantibus.

Jaworski L: Dzus subditum suum liberum facit. 1327

Comparens personaliter Coram officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præmisliensibus Nobilis Andreas Jaworski Nietowicz Sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq́ suis quibusvis propriis et competentibus recedendo præsenti vero Castrensi Capitaneali Præmisliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet secum successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq́ subijciendo palam, libere, publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Laboriosum Jacko Dzus Originaliter de Villa Jaworow oriundum, subditum suum ex Iurisdictione Dominio et quavis subditione dimittit, emancipat, et liberum perpetuo cum eius posteris declarat, nihil Iuris Dominij et Cuiusvis Iurisdictionis sibi suisq́ posteris ad eundem Laboriosum Jacko Dzus sive eius posteros reservando, sed eidem Iuri Dominioq́ sui ad illum habito perpetuo renunciando. Hac sua præsenti personali recognitione ad præmissa omnia et singula mediante

Wilkowski